

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum obiectum diligibile ex charitate sit rationalis creatura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVAES. II. DE CHARITATE, ART. VII.

Com. 56.

AD SECUNDUM dicēdū, q̄ verbū Bernar. nō v̄t su
stīnēdū, nīsū intelligatur charitas in Petro nō fuisse
extincta, q̄a cito resurrexit. Ea enim qua parum di
stant, quālī nihil distare videntur, vt dī in 2. Physi.

AD TERTIUM dicendum, q̄ virtus moralis, qua
acquiritur ex actibus, cōsistit in inclinatione poten
tiæ ad actum. Quæ quidē in clinatio non tollitur to
taliter per vnum actum: sed influentia charitatis a
Deo intercipitur per vnum actum. Et ideo vñus
actus peccati tollit charitatem.

AD QUARTVM dicendum, q̄ charitatis oppositū
generale est odium: sed indirecte omnia peccata
charitati opponuntur, in quantum pertinet ad Dei
contemptum, qui est super omnia diligendus.

AD QUINTVM dicendum, q̄ superior rō, in qua
est charitas, mouet inferiorē, vnde peccatum in
quantum in inferiori parte opponitur motui chari
tatis, charitatem excludit. Vel dicendum, q̄ pec
catum mortale non est sine confusione, qui attribuit
superiori parti rationis in qua est charitas.

AD SEXTVM dicēdū, q̄ peccatum nō expellit cha
ritatem ex sua virtute: sed ex eo, q̄ homo voluntaria
re se peccato subjecit.

AD SEPTIMVM dicēdū, q̄ hō qui peccat mortali
ter, non diligit Deū super omnia, sicut diligendus
est ex charitate: sed est aliqd aliud, qđ p̄fert amo
ri Dei, propter quod Dei mandatum contemnit.

AD OCTAVVM dicēdū, q̄ delectatio, que est in cō
siderando, nō habet cōtrarium in eodē genere, vt. si
aliqua alia consideratio sit ei contraria: & hoc ideo
q̄a species cōtrariorum in intellectu non sunt con
traria, vñ delectationi que est in considerando al
bū, cōtrariatur delectatio, que est in consideran
do nigru. Sed quia actus voluntatis cōsūlit in motu
aīz ad rē, sicut res in sc̄ipis sunt contraria: ita motu
voluntatis in cōtraria sunt cōtrarij. Desideriū. n.
dulcis contrariaj desideria amari. Et fm hoc amor
Dei contrariatur amori peccati, quod excludit a
Deo. Cōsideratio autē in qua non est cōtrarietas,
nō est proprius actus charitatis, qui ab ipsa elicitor: sed solum ab ipsa imperatur, quasi eius effectus.

AD NONVM dicēdū, q̄ charitas, que est vniuersa
lis motor virtutū, cū impedit in his, quae pertinent
ad vñā virtutem, per peccatum mortale impeditur in
suo vniuersali obiecto. Et ob hoc vniuersaliter in
oībus impedit. Nō est autē sic cum vniuersale mobi
le sic impeditur in particuli actū, q̄ nō impedi
tur in his, quae pertinent ad vniuersalem virtutem.

AD X. Dicēdū, q̄ licet spes, & fides habeat Deum
pro obiecto, nō iamen eis competet, q̄ sint forma
aliarum virtutū, sicut competit charitati ratione
supradicta. Et ideo licet charitas non sit informis,
spes tamen, & fides esse possunt informes.

AD XI. Dicēdū, q̄ nō facit virtutem informē de
fectus cuiuscumque per. etionis: sed ille tantū de
fectus, qui tollit ordinem ultimi finis. Quiquid
ordo existit in charitate vñz, licet charitas vñz non
habeat perfectionem partis, que est secundū frui
tionem propriam, & perfectam.

AD XII. Dicēdū, q̄ actus imperfecti possunt esse ha
bētis charitatis, sed nō sunt charitatis. Non. n. q̄libet
actus agētis est actus cuiuslibet formæ in agēte ex
istētis, & p̄cipue in rationali natura, que habet liber
tatem ad hoc, q̄ vñtū habitu in ea existente.

AD XIII. Dicēdū, q̄ licet nō quālibet ignorātia
propriorum principiorum excludat scientiā, tamē
ignorātia principiorum cōmuniū tollit sciētiā.

F Eis enim ignorātia necessē est ignorare artem, vt
dicitur in 1. Elencho. vltimus autem finis se haber
sicut principium communissimum. Et ideo huius
deordinatio ab vltimo fine per peccatum mort
ale, tollit totaliter charitatem: nō autē quālibet de
ordinatio particularis, vt patet in peccatis venialibus.

G **Ad XIV.** dicendum, q̄ quicunq; per incont
tiā agit contra bonum quod amat, exsilitare boni
non totaliter perdi per hoc, q̄ incōtinenter agit. Si
enim aliq; amans ciuitatē aliquam vel proprii cor
poris salutē, exsilitaret se alterum horū perdi,
p̄ hoc q̄ agit, vel totaliter abstineret, vel illud quo
ageret plus diligenter, quām propriā salutem vel ci
uitatis. vnde cum aliquis sciens se amittere Deum
per peccatum mortale, quod est feire se peccare
mortaliiter, nihilominus hoc incontinenter agit.

Ad XV. dicendum, q̄ charitas non solum requi
rit hoc haberii in vniuersali acceptione, q̄ Deus sit
super omnia diligendus: sed quidē etiam in hoc
actus electionis & voluntatis tendat, sicut in quad
dam aliud particulae eligibile. Et hac particula
ris electio excludit per electionem contrariaj, si
licet peccati excludentis a Deo.

H **Ad XVI.** dicēdū, q̄ licet actus directe cōtrariant
actibus: sicut & habitus habitibus, tñ directe, q̄
actus cōtrariantur habitibus fm cōformantē, q̄d
habet cōtrarijs habitibus. Nā similes adhuc hui
libus habitibus generantur, & similes & adhuc ca
sant: licet non omnes habitus causentur ex actibus.

A RTICULUS VII.
*Vñtrum obiectum diligibile ex obiectu
rationalis natura.*

S EPTIMO queritur, vñtrū obiectū diligibile ex cha
ritate sit rōnalis natura. Et vñtrū q̄o q̄p̄ quod
vnūm quodq; & illud magis. Sed homo exchanta
te diligetur pp̄ virtutem & pp̄ beatitudinem, ergo
virtus & beatitudo, que nō sunt creature rōnals,
sunt magis ex charitate diligenda. Et sic creature
rationalis non est proprium obiectum charitatis.

I **¶ 2 Pr̄at.** Per charitatem maxime conformamus
Deo in diligendo: sed Deus diligit omnia que sunt
vñtrū. q̄d ut dicitur Sapientia 11. ex charitate diligendo fm
sum qui est charitas. ergo omnia sunt diligenda ex
charitate, & non solum rationalis natura.

¶ 3 Pr̄at. Origēn. dicit sup Cantica, q̄ vñtrū est dilig
re Deū & q̄cūq; bona. Sed Deus diligetur ex chari
tate, ergo cū oēs creature sint bona, oēs sunt dilig
enda ex charitate, & nō solum rationalis natura.

¶ 4 Pr̄at. Sola dilectio charitatis est meritoria: sed
in dilectione cuiuslibet rei postulamus meriti. ergo
quamlibet rem postulamus diligere ex charitate.

K **¶ 5 Pr̄at.** Deus ex charitate diligetur, ergo oportet
magis ex charitate diligi, quod ab eo maxime dil
ligitur. Sed inter omnia crea maxime diligatur
Deo bonum vniuersali, in quo omnia comprehen
duntur. ergo omnia sunt ex charitate diligenda.

¶ 6 Pr̄at. Diligere magis pertinet ad charitatem
quam credere: sed charitas omnia credit, vt dicit
1. ad Corint. 12. ergo multo magis omnia diliguntur.

¶ 7 Pr̄at. Natura rationalis perfectissime inueniatur
in Deo. Si igitur natura rationalis sit obiectum cha
ritatis, oportet quod Deus ex charitate diligatur:
remus: sed hoc videret esse impossibile, quia amor
charitatis est amor perfectus. Deinde quia Deus
perfecte in hac vita diligere non possumus, quia
in hac vita, ipsum perfecte non cognoscimus. Non

Non enim cognoscimus deo qd est: sed solum qd nō est. Dilectio autē presupponit cognitionē, cū nihil diligatur nisi cognitū. ergo rōnalis vel intellectuāl natura, nō est p̄prium obiectū charitatis.

¶ 8 Præt. Plus distat ab homine Deus, quām qualibet alia creatura. Si ergo aliquas creaturas non diligimus ex charitate, multo minus Deum ex charitate diligere possumus.

¶ 9 Præt. In Angelis ēt est intellectuāl natura: sed Angeli non sunt ex charitate diligendi, vt vī. ergo intellectuāl natura nō est p̄prium obiectū charitatis probatio media. Amicitia in aliqua cōicatione vīt cōsistit, nā coniunctuē est p̄prium amicorum fīm Philos. in lib. Ethic. Sed non vī est ali-

qua cōmunicatio vīt nobis & angelis. Non n. cō-

municamus in vita naturā cum angelis, cū sint mul-

to præstantioris naturā, q̄ homo. Neq; iterū in vi-

ta gloriæ: quia dona gratiæ & gloriæ dantur a Deo

fīm virtutem recipientis, fīm illud Matth. 24. Dedit

vñciūq; fīm propriam virtutem. virtus autem an-

geli et multo maior, quam hoīs. ergo angelii non

communicant in aliqua vīta cum hominibus.

¶ 10 Præt. Natura rōnalis invenitur ēt in ipso hoīe

ex charitate diligente: sed homo seipsum non de-

bet ex charitate diligere, vt vī. ergo charitatis obie-

cūm non est rōnalis natura, probatio media.

De

actibus virtutum dantur præcepta legis: sed nō da-

tur aliiquid præceptum legis de hoc, q̄ aliquis dilige-

re seipsum. ergo diligere non est actus charitatis.

¶ 11 Præt. Greg. dicit in quadam Homil. q̄ charitas

minus quām inter duos haberi non potest: non po-

test ergo quis seipsum ex charitate diligere.

¶ 12 Præt. Sicut iustitia cōsistit in cōmunicatione,

ita & amicitia fīm Philos. in 4. Ethico. sed iustitia p̄-

prise loquendo non est hoīs ad seipsum, vt dī in 5.

Ethico. ergo neque amicitia, ita neque charitas.

¶ 13 Præt. Nihil quod cōputatur in vitium, est actus

charitatis: sed amare seipsum computatur hoī in vi-

tium, fīm illud 2. Timot. 3. Instabunt tempora peri-

culosa, & erunt hoīes seipsum amantes. ergo diligere seipsum non est actus charitatis, & ita natura ra-

tionalis non est proprium obiectū charitatis.

¶ 14 Præt. Corpus humanum est pars rōnalis natu-

ra. humanæ: sed corpus humanum non vī est di-

ligendum ex charitate, q̄a fīm Philos. in 9. Ethic. vi-

perantur q̄ amant seipsum, fīm exteriore naturā,

ergo natura rōnalis non est obiectū charitatis.

¶ 15 Præt. Nullus habet charitatē refutus illud q̄d

ex charitate diligere: sed sancti habentes charitatē re-

fugunt corpus, secundum illud Rom. 7. Quis me

liberabit de corpore mortis huius? Et sic corpus

nō est diligendum ex charitate, & sic idē quod prius.

¶ 16 Præt. Nullus tenetur ad implendum, quod

non potest scire: sed nullus potest scire se habere

charitatem. ergo nullus tenetur ad diligendum

creaturam rationalem ex charitate.

¶ 17 Præt. Cum dicitur, creatura rōnalis diligetur

ex charitate, haec præpositio. Ex, designat habitudinē

aliciūs cause: sed nō p̄t designare habitudinē

causē materialis, q̄a charitas non est aliqd materia-

le, sed spirituale. Neq; iterū habitudinē causa finalis,

q̄a finis diligendi ex charitate, est Deus, non aut

charitas. Similiter ēt neq; habitudinem cause effi-

cientis, q̄a Spiritus sanctus est qui nos ad diligendum

mouet secundum illud Rom. 5. Charitas Dei diffusa

est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, q̄ da-

tus est nobis. Neq; iterū habitudinē cause forma-

lis, quia charitas nec est forma intrinseca, cum nō sit de essentia rei; neque est forma extrinseca exemplaris, quia si omnia quā diliguntur ex charitate traherentur in speciem charitatis, sicut exemplaria tra-

hantur ad speciem exemplaris. ergo creature rōnales non sunt diligenda ex charitate.

¶ 18 Præt. Aug. dicit in 1. de doct. christia. q̄ proximus est ille a quo nobis beneficū impēdit: sed a Deo nobis beneficū impēdit. ergo Deus est proximus nobis, & ita incōuenienter ponitur ab Aug. Deus aliud diligibile ex charitate, & aliud proximus.

¶ 19 Præt. Cū Christus sit mediator inter Deum, & hominem, vī q̄ debet poni aliud diligibile, quā Deus, & quā proximus, & sic sunt quinq; in charitate diligibili, & non tantum quatuor, vt August. dicit.

¶ 20 Præt. SED CONTRA cīt. q̄ dī Leuit. 19. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. gl. proximum nō tantū p̄pinquitate sanguinis: sed societate rōnis. ergo fīm q̄ aliquid habet societatem nobiscum in natura rationali, sic est diligibile ex charitate. Natura ergo rationalis est obiectū charitatis.

RESPON. Dicēdom, q̄ cum queritur de his, que subiectū cōntūtū alicuius potētia, vel habitus, operat cōsiderare formālē rōnem obiectū illius potētiae, vel habitus. secundum enim, q̄ aliqua se habet ad illā rōnem, sic se habet ad hoc, q̄ subiectū cōntūtū illi potētiae, vel habitus, sicut visibilia, secundum q̄ se habent ad rōnem visibilis, secundum cōdem rationē habent visibilia, q̄ sint visibilia per se, vel p̄ accidens. Cum autem amoris vñuersaliter sumptū obiectū sit bonum cōtēr sumptū, neccesse est, q̄ cuiuslibet specialis amoris sit aliquod spirituale bonum obiectū: sicut amicitiā naturalis, quā est ad cōsanguineos, proprium obiectū est bonum naturale, secundū q̄ trahit a parentibus. In amicitia autem politica obiectū est bonum ciuitatis, vnde & charitas habet quoddā spācē bonū, vt proprium obiectū. sicut bonum beatitudinis diuinæ, vt supra dictum est. Secundū igitur, q̄ aliqua se habet ad hoc bonum, sic se habet ad hoc, q̄ sint diligibili ex charitate, sed cōsiderandum est, q̄ cum amarē se velle bonū alicui, duplice dicit aliquid amari, aut sicut id cui volumus bonum, aut sicut bonū qd volumus alicui. Primo ergo modo, illa tantum possunt ex charitate amari, quibus possimus velle bonū beatitudinis aeternā: hāc autē sunt, quae nata sunt hīmō bonum habere. vnde cum sola intellectuāl natura sit nata habere bonum beatitudinis aeternā, sola intellectuāl natura est ex charitate diligibilis, fīm q̄ diligē dicuntur ea qbus volumus bonum. & propter hoc, fīm q̄ diversimode aliqua possunt habere beatitudinē aeternā, fīm hoc distinguuntur ab Aug. quatuor diligēda ex charitate. Est. n. aliquid habens beatitudinē aeternā per suā essentiā, & hoc est Deus, & aliquid habens per participationē,

¶ 21 Præt. De doct. christi. 6. 2. q̄ aliquid habens beatitudinē aeternā per suā essentiā, & hoc est creatura rōnalis, tam illa qua diligēt alia creatura, quae ei associari possunt in participationē beatitudinis. Aliiquid autē est ad qd pertinet habere beatitudinē aeternā, per solā redundantiam quādā, sicut corpus nostrum, qd glorificatur p̄ redundantia gloriæ ab aīa in ipsum. vnde diligendus est ex charitate Deus, vt radix beatitudinis: quilibet aut homo debet seipsum ex charitate diligere, vt participet beatitudinē proximum autē, vt locū in participationē beatitudinis: corpus autē proprium fīm, q̄ ad ipsum, redundant beatitudino. secundo vero mō, prout sī dicuntur diligē illa bona, quae volumus

Quæst. dīsc. Tho. LL 2 alij

QVAE'S. II. DE CHARITATAE, ART. VII.

alij, diligi possunt ex charitate oīa bona; inquantū sunt qdā bona eorū, q̄ possunt habere beatitudinē. Oēs.n.creaturē sunt homini via ad tēdēdū in beatitudinē, & iterū oēs creaturē ordinatū ad gloriam Dei, inquantū in eis diuinā bonitatis manifestat. Nūc iigī oīa ex charitate diligere possum⁹, ordinādo in ea illa, q̄ beatitudinē habēt vel habere possunt. Cō siderādū ēt est, q̄ sic se hāt dilectiones adinīc, sicut & bona, q̄ sunt eartū obiecta. vñ cum oīa bona humana ordinatū in beatitudinē aternā, sicut i vlti mū finē, dilectio charitatis sub cōsprehendit oēs dilectiones humanas, nisi tm illas, q̄ fundantur lup̄ peccatum, qd nō est ordinabile in beatitudinē. vñ qalig cōsanguinei diligāt se inuiic, vel aliq conciues, vel simili peregrinātes, vel qcūq; tales, pōt esse meritoriu&, & ex charitate. Sed qalig amēt inuiicē pp cōdicationem in rapina, vel adulterio, hoc non potest esse meritorium, neque ex charitate.

Ad PRIMVM ergo dicendū, q̄ virtutem, & beatitudinē diligimus ex charitate, in quantum hoc voluntate nostrae ut nobis habere beatitudinem.

lumus his, quibus competit habere beatitudinem.
AD SECUNDUM dicendum, q̄ Deus diligit oīa ex charitate, nō ita q̄ velit eis beatitudinē: sed ordinis ea se ipsū. q̄ beatitudinē habere possunt:

AD TERTIUM dicendum, quod bona sunt in Deo sicut in primo principio. Et sic Origenes intellexit, quoniam est diligere Deum, & quaecumque bona.

AD QUARTVM dicendū, q̄ oia diligere possumus
meritorie ordinādo ea in illa, q̄ sunt capacia beatitudo-
nis; non autem volendo eis beatitudinem.

tudinis; non autem volendo eis beatitudinem.
Ad quinque dicendum, quod in bono vniuersali, sicut principium continetur rationis natura, quae est capax beatitudinis, ad quam oes aliae creaturae ordinantur. Et secundum hoc competit, & Deo, & nobis bonum uniuscuius maxime ex charitate diligere.

vniuersi maxime ex charitate diligere.
AD SEXTUM dicendum, q sicut charitas credit
omnia credibilia: ita diligit omnia, secundū q sunt
ex charitate diligibilia.

Ad septimum dicendum, quod Deum non possumus hic illa perfectione diligere, qua diligemus eum in patria per essentiam videntes.

Ad octavum dicendum, quod distatia creaturarum aliquarum non est causa, cur non diligatur ex charitate; sed quia non sunt capaces beatitudinis.

AD NONVM DICEDŪ, q̄ Angeli nō cōicant nobis;

Ad hanc dilectionem et amorem tuam, quia non possemus nisi in vita naturæ, quatuor ad spem, sed solum quatuor ad genus rationis naturæ; sed possumus cum eis cogitare in vita gloria. Quod autem dicitur, Dedit vniuersitas quæcumque propriam virtutem, non est referendum tantum ad virtutem naturæ errorneum est enim dicere, quod dona gratiae, & gloria dentur secundum mensuram naturalium; sed intelligenda est virtus, quæ est etiam per gloriam, per quam datur hominibus, ut possint mereri æqualem gloriam Angelis.

Ad x. dicendum, quod lex scripta data est in auxiliu legis naturae, quae erat obrenebrata per peccatum. Non autem erat sic obrenebrata, quin moueretur ad diligendum ad hoc, quod hō diligenter scipit, & corpus suum: sed erat obrenebrata quantum ad hoc, quod non mouebat in dilectione Dei, & proximi. Haec ideo in legi scripta danda fuerunt precepta de dilectione Dei, & proximi. In quibus tamen comprehenduntur etiam, quod aliquis diligit scriptum: quia cum inducimur ad diligendum Deum, inducimur ad desiderandum Deum, per quod maxime nos ipsos amamus, volentes nobis suum bonum. In precepto autem de dilectione proximi dicitur. Diliges proximum tuum sicut teip-

F sum,in quo includitur dilectio s

Ad xi. dicendum, q̄ liter amicitia non possit haberi ad sc̄ipsum propriæ loquēdo, tamen amor ad sc̄ipsum habetur, vt enim dicitur in 9. Ethic. amicitia quæ sunt ad alterum, venerunt ex amicibus quæ sunt ad sc̄ipsum. Secundum vero q̄ chas- tas significat amorem, sic aliquis sc̄ipsum ex charitate diligere potest. Sed Greg. loquitur ex charitate, secundum quod includit rationem amicitie.

Ad XII. dicēdū, φ licet amicitia sit in cōcītatione ad alterum, sicut & iustitia, tñ amornō de necessitate est ad alterum. q. si fīcīt ad mīlēm.

G Ad xiiii. dicēdū q̄ amātes seipſos vituperātur, in-
quātū plus debito ſeipſos diligunt, quod qđe nō co-
tingit quātū ad bona spiritualia, q̄a nullus pōtrni-
mis amare virtutes, sed quātū ad

mis amare virtutes: sed quātum ad bona extēria,
& corporalia potest aliquis nimis amare sc̄ipium.
A D. xiiii. dicēdū, q̄nō quicunq; amat sc̄ipium
secundum extēriorem naturam culpatur. sed

secundum exteriorem naturam culpat: sed qui exteriora bona querit ultra modum virtutis. Et sic ex charitate corpus nostrum diligere possumus.

Ad xv. dicendum, q̄ charitas non refut cor
pus, sed corporis corruptionem, in quantum cor
pus, quod corrumpitur, aggrauat animam, p̄dicit
Sapientia 9. Et propter hoc Apostolus signifi
cans dixit de corpore mortis huius.

H. Ad xvi. dicendum, q̄ ex hoc, q̄ homo nesci p̄ certo se h̄ere charitatem, non sequit, q̄ non posse ex charitate diligere: sed q̄ non possit iudicari, ex charitate diligat, vnde ad nobis recipi p̄ ex charitate d. ligamus; nō autē q̄ iudicemus nos ex charitate diligere, vnde Apoll. dicit. 1. Corin. 4. Neque meipsum iudico, sed qui iudicat me dominus est.

I Ad xvi. dicendum, quod cum dicit alijs diligere proximum ex charitate, haec praepositio, Ex post de lignare habititudinem causa finalis, efficiens, & formans. Finalis quidem in quantum dilectione proximi ordinatur ad dilectionem Dei, sicut ad finem, unde dicitur ad Timotheum. Finis praecepti est charitas, quia scilicet dilectio Dei et finalis obseruationis praecceptorum: in habitudine autem causa efficiens, in quantum charitas est habitus clinans ad diligendum, sic se habens ad actum dilectionis, sicut calor ad calcetionem: in habitudine autem causa formalis, in quantum actus recipit esse eiem ab habitu, sicut & calcetatio a calore.

Ad xviii. dicendum. q̄ rō proximi salutari & in eo qui dat beneficia, & in eo q̄ recipit. non tamen q̄ cuncte dat beneficia, sit proximus, sed regimur q̄ inter proximos sint cōmunicantia iāliquā ordine. vnde Deus licet det beneficia, nō tamen potest dici nobis proximus: sed Christus, in quantum est homo, dicitur nobis proximus, prout nobis dat beneficia. Vnde patet responsio ad vītium.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum diligere inimicos sit de perfectione confilij,
OCTAVO QUARITERIT, VTRU DILIGERE INIMICOS SIT DE
perfectione confilij. Et vñ q̄ non. Qod enim
cadit sub p̄cepto, non est de p̄fectione cōsilij
diligere inimicos cadit sub p̄cepto illo, videlicet De
liges proximum tuum, sicut te ipsum. Nā noī p̄
mi intelligitur oīs homo, vt Aug. dicit in lib. de p̄
etina Christiana, ergo diligere inimicōm, non est
de perfectione confilij. Sed dicendum, q̄ est de p̄f
ectione cōsilij dilectio inimicōrū, quārū ad cōf
ectionē familiaritatis, & aliorū effectuum charitatis.
¶ Sed contra, q̄em proximum tenetur ex char
itate diligere: sed dilectio charitatis non est tantum
gordi.